



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani**

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

**Gavanti, Bartolommeo**

**Antverpiæ, 1634**

De Horis, Tertia, Sexta, & Nona. IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40244**

56 Comment. in Rubr. Breuiarij. Sect. IV. Cap. III. & IV.

*Beati immaculati*, plenus est morali  
inSTRUCTIONE. Hæc fusiùs Amalar. de  
*Ordine Antiph. cap. 6.*

8 De Capitulo, quod Amalarius  
omittit scribere, scribit Hugo *libro 2.*  
*cap. 1.* & Lectionem vocat. De Re  
sponsorio breui, de quo idem Hugo,  
nihil Amalarius: de Oratione, cuius  
Hugo meminit: de Precibus, quas  
Amalar, innuit: de Confessione, de  
qua Gemma *lib. 2. cap. 64.* de Mar  
tyrologio, de quo Gemma *libro 2.*  
*cap. 58.* de *Pretiosa*, cum reliquis  
yisque ad finem, de quibus Hugo *2.*  
*de Offic. cap. 2.* & Radulph. *Propos. 14.*  
distinguius & plenius Sectione sequenti  
differemus.

9 Illud hoc loco notandum est,  
Orationem illam, *Sancta Maria, &*  
*omnes Sancti, &c.* esse antiquissimam,  
& in Ordine Romano legi. Ter quo  
que dici, *Deus in adiutorium*, ut præ  
sentia & præterita deleamus, & fu  
tura peccata caueamus, Hugo *loci ci  
tato.* vel, ut armemur contra diabo  
lum, mundum & carnem in no  
mine Trinitatis, Durandus *lib. 5.*  
*cap. 5.* Nullum tamen ad hæc ver  
ba, *Deus in adiutorium*, formatur  
Crucis signum.

10 Absolutio item Capituli cum  
Lectione & Capitulo Nonæ sèpius  
concluditur; quia prædicta, quæ ex  
tra Primam existimantur esse, dicunt  
ur à Regularibus in Capitulo, ex  
Gemma *lib. 2. cap. 58.* & ad Lectionem  
communem post Horam Pri  
mam conueniebant Monachi, ex A  
malar. de *Ordine Antiph. cap. 7.* Vic  
ce cuius legitur hodie (& hoc nomi  
ne vocatur in Breuiario) Lectione bre  
vis. Idem Amalarius *lib. 4. de Offic.*  
*cap. 3.* putauit, additam fuisse in fi  
ne Lectionem hanc breuem pro Ca  
-

pitulo, quod post Psalmos Prima non  
legebant antiqui.

11 Sed cur, quando Lectione bre  
vis non habetur propria, sumenda est  
de Capitulo Nonæ? An, quia Cap  
itulum Nonæ in Festis solet esse non  
Epistola quæ legitur in Missa? visu  
licet finis Epistolæ finem impone  
Prima Hora.

12 Denique Prima & Comple  
xum non variantur, sicut aliae Horæ  
in quibus Capitula, Responsori  
Vetus. Oratio variantur; quia pri  
cipium & finis operum nostrorum si  
miter sunt tribuenda Deo, sit Hugo  
*lib. 2. de Off. cap. 1.*

*De Horis, Tertia, Sexta,  
& Nona.*

C A P . I V .

**H**æ tres Hora notissime su  
runt Apostolorum tempore  
re, ad preces Deo fundandas, ut suprà docuimus *Sect. I. cap.  
num. 1. pag. 2.* insigniores etiam in  
rebus humanis, ait Tertullianus *in libro  
Ieannio*, & solemiores in orationib  
us diuinis. quod ibidem confitit  
exemplo tum Danielis, qui teroratu  
in die; tum Apostolorum, ut & nos  
loco citato diximus.

2 Præter eas, quas loco citato at  
tulimus, rationes mysticas de his  
tribus Horis, possumus addere, quod  
hora Tertia datus fuit Spiritus Ia  
catus, quem & nos petimus in Hymno  
ad Terram; lex noua data est Apo  
stolis, de qua nos dicimus: *Legem post  
michi Domine, &c.* Hæc Durandus *lib. 1.  
cap. 6.* Hora Sexta Deus vult est A  
brahae in Valle Mambre; Joseph cum  
fuis fratribus pransus est; Ruth Mo  
abitis excepta est à Booz, cum Sam  
uel.

ritana Christus sermonem habuit.  
Hæc Anastasius Sinaita lib. Comm. in  
Hexaëm. 7. hora *Nona* Cornelius  
Angelum vidit, *Act. 10.*

3 Ordo trium Horarum minorum  
habetur in Rubricis, ille idem qui  
legitur apud Hugonem in *Spec. Eccl.* cap. 3. in quo ex Amalar. lib. 4.  
*de Off. cap. 3.* impletur illud Aposto-  
li ad Ephesios: In Psalmis, Hymnis,  
& Canticis (quæ Cantica exponit ille  
eis Responsoria brevia) cantantes,  
&c. Psalmi vero tres, inquit idem,  
protegunt nos in tribus horis sequen-  
tibus: nam quælibet ex his tribus ho-  
ris tres continet temporis horas, vt  
patet; imò, vt idem ait *cap. 1. ibidem*, in Prima, Tertia, Sexta & Nona  
duodecim canimus Psalmos (in Fe-  
tis) pro numero duodecim Horarum  
dici, vt Deo præsentes sumus omni-  
bus horis.

4 Addit Hugo loco citato, in Psalmis opera denotari, quia Psalterium  
manu sonatur; in Antiphona, quæ est  
reciproca, charitatem geminam: &  
coniungitur Psalmis, quia sine chari-  
tate nulla sunt & nullius meriti opera  
nostra. Capitulum autem esse exhorta-  
tionem boni operis: Responsorium  
breve nouum opus bonum significare:  
in Versu ad Deum fructum bo-  
ni operis contineri. & his positis, O-  
ratio, seu Collecta in fine rectè con-  
cludit Horam.

### De Vesperis.

#### C A P. V.

**V**espera à fidere quod Ve-  
sper nominatur, & deciden-  
te Sole oritur, inquit Isi-  
dorus lib. 1. & Offic. cap. 20. Sed ex  
Iansenio in Concordia cap. 57. latius

pater vocabulum: significat enim  
tempus tum ante Solis occasum, vt  
*Matt. 14.* Vespere facta actum est de  
fatiandis quinque milibus; tum post  
occasum Solis, vt *ibidem* additur:  
Vespere autem facta solus erat ibi.  
Lucernarium dicebatur à Hieron. in  
*Epist. ad Latam;* & Lucernaris hora  
à Cassiano lib. 3. de *Can. cap. 3.* eo  
quod dum lucernæ accenderentur,  
preces vespertinæ persolui solebant,  
ait Azor. lib. 10. cap. 2. *quaest. 10.*  
Duodecimam appellat Cœciliū Tu-  
ronense II. *can. 19.* quia ultima diei  
hora recitabantur. Durandus *de Ret.*  
lib. 3. cap. 11. afferit, Ecclesiā con-  
stituisse, vt post Nonam decantaren-  
tur, quo plures de populo adesse pos-  
sent. Puto ergo, quod tardiū quām  
nunc cantaretur Nona.

2 Certè à primis Vesperis inchoa-  
tur Festum, quod forte à Davide  
deduci potest: *Vespere*, inquit, ma-  
nē, & meridie narrabo, &c. *Psalm. 54.* docet Amalar. *de Ordine An-*  
*tiph. cap. 16.* deductum ab Hebræis,  
quibus dictum est: *Festa vestra cele-*  
*brabitis à vespere usque ad vesperam.*  
Et verè magnitudo Festi exigit, vt  
priùs incipiat, hoc est à Vesperis pri-  
dianis, & tardiū terminetur, id est ul-  
que ad Completorium diei Festi, c. 2.  
*de Ferijs in princip.* Radulph. autem  
*Propos. 18.* assignat huc ritum primarum  
Vesperarum Dominicis, & qui-  
buscumq; Festis nouem Lectionum.

3 Prima Vesperæ nobiliores sunt se-  
cundis, teste Amalar. *loc. cit.* quod &  
hodie in Cappella Papali obseruatur,  
quæ non habet secundas Vesperas co-  
ram Papa, sed tantum primas, quia  
initium Festi reputantur esse.

4 Præter ea quæ dicta sunt de pa-  
ritate Vesperarum cum Laudibus ca-

H

pite